

Arma petita per rectorem Rethimi sunt balliste LXX furnite de crochis et tot falcatores quot erunt necessarij pro dictis ballistis et a LXX coracias et totidem pauesia.

Nº 663. Millesimo trecentesimo XLII, die XXV Augusti.

105

Capta. Super facto uero armigerorum quos petunt consulunt quod statim capta ista parte ponatur banchum et soldizentur cc boni ballistarij cum stipendio quod uidebitur domino, consiliario et capitaneo qui ballistarij mittantur in Cretam cum presentibus galeis Cipri de quibus et alijs dicti prouisoires possint ordinare et disponere secundum quod uiderint opportunum et debeant recipere dicti ballistarij soldum pro tribus mensibus.

110

Nº 664. Capta. Super facto uero pecunie requisite per ipsos consulunt sapientes quod pro expensis que occurrent fiende prouisoires nostri debeant ferre secum dehinc usque ad quantitatem v mille ducatorum in monetis. Et quod ultra hoc ipsi prouisoires habeant libertatem accipiendi per ullum modum qui sibi utilior apparebit pecuniam mutuo supra nostrum commune a quibuscumque personis et in illa quantitate, que sibi necessaria uidebitur et secundum quod requirit condicio agendorum et de hoc fiant eis patentes littere, quantum ad plenum fieri poterunt, habentes semper respectum ad aggrauandum nostrum commune de expensis quam minus poterunt.

115

120

Nº 665. Capta. Super facto uero frumenti quod petunt eis concedi posse extrahi de insula Sicilie uel de partibus Apulie usque ad quantitatem xx mille steriorum, respondeatur eis quod iam concesseramus eisdem quod possent naulizare nauigia nostrorum ubicumque possent et uellent non obstante aliquo ordine dato nauigijs pro recuperando frumentum pro insula. Et quod si dicta licencia non sufficit sibi concedimus eis secundum quod petunt.

125

Nº 666. Capta. Quod committatur istis nostris prouisoribus ituris quod si facta ut speramus recipient bonum finem debeant cum fuerint expediti Venecias remeare.

Nº 667. Capta. Quod occasione istorum prouisorum qui debent ire cum galeis predictis retineantur ipse galee usque ad diem mercurij proximi.

130

22

Οί ἐκλεγέντες σοφοὶ περὶ τῶν Κρητικῶν ὑποθέσεων νὰ μελετήσωσι τὰς ἐκ Κρήτης ἐπιστολὰς καὶ τὰς πρεσβείας Χάνδακος καὶ Χανίων. 1342, Αὐγούστου 25.

Fº 78r Nº 669. Millesimo trecentesimo LXII, die XXV Augusti.

1

Capt. Quod committatur sapientibus electis pro factis Crete quod examinent litteras que uenerunt de nouo de Creta, et ambaxatas Crete et Canee et possint



- loqui et conferre cum ipsis ambaxatoris et super predictis et factis omnibus insule
- 5 Crete dent nobis suum consilium cras post nonam cum quo erimus hic ipsa die et hora et fiet sicut uidebitur et quilibet possit ponere partem et uocetur consilium omni uice pro istis factis sub pena soldorum xx et prouisoires electi teneantur uenire ad ista consilia omni uice qua fient pro hijs factis.
- 8

23

F^o 78^r N^o 671. Διατάσσεται ὁ καπετᾶνος τῆς Ἀδριατικῆς, ὅπως παραλάβῃ πλησίον Μεθώνης καὶ Κορώνης τὸν εὐγενῆ Νικόλαον Μοροζίνην ρέκτορα Ρεθύμνου μετὰ τῆς οἰκογενείας του καὶ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν καὶ νὰ ἀποβιβάσῃ αὐτὸν εἰς Ρέθυμνον, ἐὰν εἶναι δυνατόν ἄνευ ἀπευκταίου τοῦ στόλου, ἐκεῖθεν δὲ νὰ παραλάβῃ τὸν Φίλιππον Ντὰ Μολῖνον ρέκτορα αὐτόθι καὶ νὰ μεταφέρῃ εἰς Χάνδακα. Ἐὰν ὅμως δὲν εἶναι δυνατόν νὰ μεταφέρῃ εἰς Ρέθυμνον τὸν σέρ Νικόλαον, ἃς μεταφέρῃ τοῦτον μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν του ἐκ Χάνδακος εἰς Βενετίαν, ὡς εἰς τὰς ἐντολάς του ἀναγράφεται περὶ τῶν ἄλλων ρεκτόρων. Τούναντίον, ἂν δυνηθῇ νὰ μεταφέρῃ τὸν Νικόλαον Μοροζίνην εἰς Ρέθυμνον, τότε νὰ παραλάβῃ τὸν Παῦλον Λορεδᾶνον ρέκτορα Χανίων καὶ μεταφέρῃ αὐτὸν εἰς Χάνδακα, ὡς ἐλέχθη περὶ τοῦ Φιλίππου Ντὰ Μολίνου. 1342, Αὐγούστου 27.

24

Ἐὰν ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης καὶ οἱ ἄλλοι ρέκτορες δὲν δύνανται νὰ λάβωσι τοὺς μισθοὺς των, νὰ καταβάλωσι τούτους εἰς αὐτοὺς οἱ προνοηταὶ ἐκ τῶν χρημάτων τῆς κοινότητος. 1342, Αὐγούστου 27.

F^o 78^r N^o 672. Millesimo trecentesimo XLII, die XXVII Augusti.

Capta. Quod si ducha et consiliarij Crete et alij rectores non possent habere suum salarium inde, prouisoires nostri ituri faciant eis satisfieri de pecunia nostri communis quam habebunt seu quam recuperare poterunt propter libertatem

5 quam habent, cum per suas commissiones tempore guerre debeant hic recipere suum salarium.

25

Διαταγὴ καταβολῆς εἰς τὸν Νικόλαον Βιάδρον 39 λιτρῶν γροσίων ὀφειλομένων αὐτῷ ὑπὸ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων εἰς πληρωμὴν δανείου, δι' οὗ ἡγοράσθησαν ὅπλα χρησιμεύσαντα διὰ τὴν ἐπανάστασιν. 1342, Αὐγούστου 27.

F^o 78^r N^o 673. Millesimo trecentesimo XLII, die XXVII Augusti.

Capta. Cum ser Nicoletus Uiadro debeat recipere in Creta a ducha et consiliarijs Crete, circa libras XXXVIII grossorum uel circa pro cambio facto hic per quod ipse dedit hic pecuniam de qua fuerunt empta arma et alia missa in Cre-

5 tam et forte ipse ser Nicoletus non posset recipere suam pecuniam inde propter nouitates insule, de quo reciperet graue damnum; capta fuit pars quod committatur prouisoribus ituris in Cretam quod si dictus Nicoletus non posset inde reci-